



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

XCII. Extensio festi SS. Joan. de Matha, & Felicis de Valois ad totam
Galliam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari; sicque in prae-
missis per quoscumque Judices ordinarios, & De-
legatos, etiam causarum Palatii Apostolici Au-
ditores, judicari, & definiti debere; ac irritum,
& inane, si secus super his a quoquam, quavis
auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec
non dicta Congregationis, aliisque quibusvis,
etiam juramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, &
litteris Apostolicis in contrarium praemissorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-
vatis. Quibus omnibus, & singulis illorum te-
nentes, praesentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, ac ad verbum insertis habentes, illis
alias in suo robore permanentibus, ad praemisso-
rum effectum hac vice dumtaxat specialiter, &
expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate
constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in
judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur,
quae ipsi praesentibus haberetur si forent
exhibitae, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Petrum sub Annulo Pisca-
toris die X. Januarii MDCLXXXI. Pontificatus
nostri Anno Quinto.

Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis
Maximi nuncupati, Ordinis praedicti apud Sedem
Apostolicam Protectoris concesserit, ut in poste-
rum festa praefatorum Sanctorum Fundatorum,
tam in universo Ordine Sanctissimae Trinitatis,
quam extra illum in tota Hispania tantum pri-
mis diebus non impeditis ab officio novem le-
ctionum celebrari valerent; Idem Ignatius Pro-
curator Generalis, attento quod memorati San-
cti Fundatores in Gallia natales habuerunt, &
ibidem praedictum Ordinem fundaverunt, ac
proinde illos in eo Regno non minori venera-
tionis cultu honorari decet, indulgentiam, & con-
cessionem hujusmodi ad totam Galliam extendi plu-
rum desideret:

§. 1. Nos igitur ipse Ignatii Procuratoris
Generalis votis hac in re quantum cum Domino
possumus, favorabiliter annuere volentes, eum-
que a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine,
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodatus existit, ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie
absolventes, & absolutum fore censentes, sup-
plicationibus ejus nomine Nobis super hoc hu-
milter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fra-
trum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae praefa-
tae Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum con-
silio, ut festa supradictorum Sanctorum Funda-
torum Joannis de Matha, & Felicis de Valois
annis singulis in tota Gallia pariformiter celebra-
ri libere, & licite possint, & valeant Apostoli-
ca auctoritate tenore praesentium concedimus,
& indulgemus.

§. 2. Decernentes ipsas praesentes literas,
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro
tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque
in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & definiti debere; ac irri-
tum, & inane, si secus super his a quoquam,
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingerit attentari. Non obstantibus Constitutio-
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem praesen-
tium literarum transumptis, seu exemplis etiam
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate
constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in
judicio, quam extra illud habeatur, quae habe-
retur ipsi praesentibus, si forent exhibitae, vel
ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Pisci-
toris die XXVIII. Maii MDCLXXXI., Pontifi-
catus nostri Anno Quinto.

Praesides Pro-
curatoris Ge-
neralis Gal-
liae pro cele-
bratione dic-
torum festo-
rum in tota
Gallia.

Extenditur
memoratum
Indultum.

Clausulae.

XCII.

Extenditur Indultum Clementis X. celebrandi
festa SS. Joannis de Matha, & Felicis de Valois
in tota Hispania ad omnem Galliam.

*Festa S. Joannis dies 17. Decembris, festo S. Felicis
dies 4. Novem. assignati fuere a Clem. X. Const.
ed. 1673., Maii 17. Ab eodem concessum fuit ho-
rum festa celebrari posse in tota Hispania ab omni-
bus Const. ed. 1675., Novem. 14. Dein Cong.
anno 1676., Novem. 14. eis adscripsit primos
dies non impeditos. Sed iterum ab hoc Pontif. pro
S. Joanne dies 8. Feb., & pro S. Felice dies 20.
Novemb. determinati fuerunt Const. ed. 1679.,
Julii 30.*

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius a Sancto Antonio Procurator Generalis
Fratrum Discalceatorum Congregationis Galli-
canae Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptio-
nis Captivorum, quod cum fel. rec. Clemens
Papa X. Praedecessor noster die 13. Novembris
1675. indulerit, ut festa Sanctorum Ordinis
praedicti Fundatorum, Joannis quidem de Ma-
tha die 17. Decembris, Felicis vero de Valois
die 4. Novembris quotannis sub ritu Duplici ab
omnibus Christi fidelibus utriusque sexus tam
saecularibus, quam regularibus, qui ad horas
Canonicas tenentur, in tota Hispania tantum
celebrari possent, cum orationibus, & lectio-
nibus propriis approbatis, & concessis dicto Ordi-
ni die 5. Maii 1673, a Congregatione tunc exi-
stentium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium
Sacris Ritibus praepositorum, cujus Decretum
hac super re emanatum idem Clemens Praedeces-
sor die 17. ejusdem Mensis Maii approbavit; &
quia dies praefati sunt impediti, eadem Congre-
gatio Cardinalium die 14. Novembris 1676.
ad relationem bo. me. Camilli dum vixit ejusdem

Extenditur Festum S. Rosae Limanae ad Regna, &
Dominia Coronae Lusitanae.

*Hoc Festum r. extensum fuit ad universum Americae,
& Indiarum Clerum a Clem. IX. Const. ed. 1668.
Septem. 14. Deinde ad Regnum Poloniae, & Du-
catum Lithuaniae a Clem. X. Const. ed. 1670.,
Julii 26. ac postea ad Regna, & Dominia Regi
Catholico, ac Aug. Imp., & domui Austriacae sub-
jecta ab eod. Clem. Const. ed. 1670. Aug. 11.*

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuum rei memoriam.

EXigit injunctae Nobis divinitus Apostolica
servitutis ratio, ut piis Christifidelium, praesertim
orthodoxorum Principum magno in Ec-

XCIII.

Dat. 30. Junii
1681. An. 5.

Exordium.

clesiam

Dat. 28. Maii
1681. An. 5.

Variae muta-
tiones circa
festa dicto-
rum Sancto-
rum in His-
pania.